



Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

XXI. Die Febrvarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

CVRBERTVS PRES-
COTTUS STEPHANI
COADIVT.

Anglus
Londuni, 20.
Febr. 1647.
stat. 55.
Soc. 23.

Svppeditando ex Anglia Seminario
Audomarensi iuuentuti dextrè ad-
dictus, nobilem ea in re inter plura
discrimina operam nauauit non solum
captus, & liber. Captus tandem ire-
rum, ad extremum, cum Sacerdos

non effet ad furcam damnatus non est;
sed in carcerem perpetuum Londini
conditus; eo quod è solemnī formulā
illud iusurandum fidelitatis (ut vo-
cant hæretici) præstare nolle, quod
integrā Sedis Apostolicæ ac fidei Ca-
tholice authoritate Catholicus nemo
potest. In carcere in omnes beneficis,
eoque charis omnibus fuit, donec an-
norum plurim, quibus ibi attineba-
tur, ærumnæ illum sensim attriueret,
ac morte optatā consumpsere.

*Fides.**Charitas.*

B.V.
*Mors diu-
nitatis indi-
cata.*

*Præsentia
Dei.*
*Disce à
mortua.*

*Imago B.V.**B.V.*

Hispanus
Cardelaci
in Galicia.
21. Feb. 1573.
stat. 49.
Soc. 23.
B.V.
Spania.

B.V.
Mors.

S.Terfa.

XXI. DIE FEBRVARII.

P. MARTINVS
GUTTIEREZ.

Ante initam Societatem, inter
prima ingenia; in Societate anno
1550. initâ, inter primæ noræ
virov itæ sanctimoniam excelluit. In
B.V. honorem feriâ quartâ, & Sabba-
to ieiunabat; & Sabbato anno 1573.
illi Romam per Gallias eunti B.Virgo
prædixit mortem intra octo dies ad-
futuram, cum ad B.Virginis ædiculam
iret cum socijs. Inde sedux vñâ cum
comitibus, ab hæreticis captus, per-
cussus, illusus, & in carcere ærumnis
confectus est; etiam saceris reliquijs,
& lacrâ supellectile ab hæreticis in-
dignè tractata, quod dicerent, Hispa-
num Regem, & inquisitionem in scolariorum
necem semper esse intenuerat, idque ha-
buit, quod olim pertenit B.Virgo an-
nuerat, vt sine ullo humano solatio
moreretur. Adsuic co mortuo Matrona
spectabilis, qua cadaver nitidè
composit, & videri desit. S.Teresa,
datis ad P. Hispaniæ Assistentem Ro-
manam literis affirmauit, sibi illum à
Deo in Martyrum choro ostensum.
Victoria in Cantabria, Sacerdoti fa-
pud quem P.Martimus cum comitibus

fuerat diuersatus) sanctimonialis eo-
dem anno dixit 21. Febr. Patrem è
tribus vnum, eumque qui Deiparæ
fuerat magis studiosus, hoc die in Gal-
lia diem ultimum obiisse. P. Ioannes
Fernandius retulit, Martinum serenâ
facie sibi conspectum; ab eoque sibi
enixe commendatam Dei memoriam.
Cum ab orandi contentione capit
dolore prohiberetur, coram Deiparæ
imagine opem illius demissè flagita-
uit, & summam in orando facilita-
tem, ac felicitatem impetravit. In so-
cijs magnoperè contendebat, vt om-
nibus magna erga B.V. religionis stu-
dium imprimiceret. Conspecta in tri-
clinio, dum egrediceretur, Dei Matris
imagine, adeò exarsit, vt in conclaue
secedere prius quam ad aliorum con-
fessionem iret, ibique suos æstus ex-
plicare, componereque debuerit. S.
Ioannem, S.Mariam Magdalenam, &
Sanctos Beatissimæ Virginis olim fami-
liares, hoc nomine præ alijs colebat.
Potens erat dicendo ad concionem:
sed cum de B.V. ageret, supergredie-
batur se ipsum, lôge tunc se augustior.
Ipsum verò DEIPARAM adeò familia-
riter videbat, vt conspectis varijs eius
imaginibus facile diserneret, hanc
vel illam, præ aliâ, Deiparæ faciem
propius.

P. Suarez,

propius referre, magisque similem illi esse. De P. Suarez prædixit; magnō illum Ecclesiæ, ac Societati decori, & emolumento futurum: eidemque persuasit, ut de B. V. enucleatè explicaret in scholis, illam omnibus omnium cœlitum choris gratiæ, & gloriæ, longè superiorem esse: id quod adeò cumulatè præstitit Suarez, vt Beatissima Virgo P. Guttierrezio eam ob rem deinde gratias egerit. Sub eiusdem pallio vidit Guttierrez vniuersam Societatem collectam, & nostros, velut pullos, sub Dei Matris alis-protectos. Eadem illi sub examine de suorum labeculis sollicito cùm præcesset, in lance argentea cor exile ostendit in duabus sanguinis guttis penè submersum, & trepidum; & hoc aiebat esse ipsius cor. Deinde amplum aliud, quod erat cor Dei, qui nullis mortaliuum noxis perturbatur. Cum Placentiæ Rector esset, ac primâ Iulij de B. V. Visitante officium diuinū recitaret, Beatissima Virgo illum certiorem fecit de Coadiuro quodam ad negotia foras missò à procaci muliercula tentato. Vnde illum statim redire iussit. P. Franciscum Villauouam, suum olim in spiritu Magistrum, diuinitus didicit, brevi post mortem, Cælo esse receptum. A S. Francisco, & alijs cœlitibus familiariiter visebatur. Intellexit, omnes, quorum ipse Rector erat, prædestinatos esse ad gloriam. Carolo Nouirio cuidam in culina tacitè cogitanti; Ecquid erit mecum annis futuris? Respondit: id cum illo fore, quod Deo videretur. Nostrum quandam ægrum amplexu persanauit. Cum æger verni ieiunij concionibus imparem se fore persenticeret, rem omnem in Beatissimæ Virginis manibus deponebat, vt ipsa faceret conciones. Tum mirificè se robustum sentiebat, auctebarque cœrueces peccatorum, quas ne celebrazissimi, quique hactenq[ue] poterant.

Sub pallio.

B. V.

Examens.

Cer.

Superiores.

Oratio.

4. Iulij.

S. Francise.

B. V.

Concio.

mollire. Mirâ propensione seruiebat ægrotis in Nosocomio; & alijs id persuadebat. Dæmon aliquando Beatissimæ Virginis effigie illi volens illudere, deprehensus ab illo, & victus est. Dissuadebat nuptias fœminæ castitatis voto illigata; idcirco quidam illum fœdi sceleris accusauit coram Synodo Salmantica anno 1565. Sed fraudem Synodus deprehendit, & Castie. Martinus à Synodi Patribus tantis est laudibus cumulatus, quantas aiebant suscepturnas vel Sancto alicui in Cœlum numerum ritè referendo. Eam ille finitram de se famam ad Beatisimam Virginem retulit æquo moxior: & ecce adfuit illi Virgo Mater; Calumnia. & quid est, inquit, quod angeris? An nescis Filium meum, & me, in ijs, de quibus accusaris nunquam esse à te offendimus? Quid ergo est, quod te affligit? sic animo tranquillato respirauit.

Charitas.

B. V.

Hispa.

Hispa.

Febri.

xstat.

Soc. 7.

Castie.

B. V.

Castris.

Calumnia.

An.

nescis.

F. br. 16. 1.

Zelus fiduci-

Morti.

Confess.

Quot.

Gallu.

raci. 2.

1612.

xstat.

Soc. 2.

P. CORNELIUS DUYSTIVS.

Hollandiam ingenti labore excorruit, & Delphos potissimum, natalem sibi locum, operâ in Zelandiam quoque porrectâ; magnos animos gerens in tenui corpore, ac morbis attrito ad exantandas ærumnas, & quotidiana capitis pericula comprehensus à Prætore aliquando ita priuatim pro se dixit, vt liber dimitteretur. Tum, inquietus literæ, ex eius ad suos reverentis vultu splendor cœlesti similis emicuit, & hilaritas humana maior quæ vultus species cum ad dies plures perseveraret, stuporem intuensibus, & sanctitatis opinionem de illo iniecit. Aut mortuum etiam mirabilem quorundam famâ celebratum.

P. AL-

P. ALPHON S V S
RODRIQUEZ.

Hispanus
Hispani. 21.
Febr. 16.
xstat. 90.
Soc. 70.

Cubiculi
quies.

Mortific.

Confess.
Quotid.

Post moralem Theologiam famâ
ingenti perdoctam, & Collegia
gubernata tyronum Magister fuit per
annos omnino 40. postea Cordubæ
per 12. annos spiritualibus rebus præ-
fuit, & præclaros illos de exercitio
virtutum tractatus scripsit. Biennio
extremo sacrificare per vires attritas
non poterat, coquæ synaxi quotidiana
vrebatur. Heroicæ in illo virtutes, &
illæ planè quas scripsit, ut vita eius in
libris illis perscripta sit. E cubiculo
non nisi meditare, ac raro, ac planè
charitate, necessitate, obedientiâ
coactus prodibat. Ut cum Deo man-
teret coniunctior sagax erat ad sensus,
ab ijs, qua delectare poterant prouiden-
tenter auocando. Si quid decesset non
petebat: ex ijs qua offerebantur, ni-
hil eligebat, quoconque contentus. Per
postremos annos aliquor, fructus
non gustabat, ne palato blandiretur.
Objati cibi saporem aquâ diluebat.
Conscientiam quotidiana exomolo-
gesi expiabat. Feriâ sextâ etiam sene-
cta' extremâ pedes aliquot sociorum
in triclinio osculabatur. Denique totus
ab his ad æterna sese traduxerat.

P. HERVE V S
MALUESIUS.

Gallus Cle-
raci. 21. Feb.
1612.
xstat. 62.
Soc. 25.

Ræstantis pro religiosa disciplina
domi, foris verò pro fide Catholi-
ca zeli vir eoque nihil sibi parcebat,
vt ad amissim scrupulam domi singula,
foris autem vt rem Catholicam labo-
re quanto possit maximo promoueret.
In castris, alijsque missionibus insig-

nitè strenuus, illas' pedes obibat. Ama-
bat, & amabatur cum Nostros rege-
ret: secularium quoque animos miti-
ficè sibi deuinciens: sed hæreticorum
odia in se concitauit ijsdem artibus
ob quas à Catholicis amabatur. Cle-
racum missus, ibi vrbe ab hæreticis
dolo captâ, dum Episcopi domesticis
peccata conscientibus aures præbet,
ab hæreticis agnitus, plumbeo globo
in pectore trajectus, ferro in iugulo
vulneratus: tum in vertice (vbi eis cor-
ona Sacerdotâlis odio erat) & alibi,
decem facilè vulneribus saucius, Ie-
suv & MARIAM dixit, & vixit. P. Io-
annes Tournerius persanctè affirmau-
it: eius Cleracum abeuntis vultum
visum Angelicis quibusdam radijs co-
ruscare. Corpus aliquot à cæde men-
sibus integrum repertum est quasi re-
centi sanguine tunc aspersum.

Fides.

Radij in
vultu.

P. DOMINIC V S
G O N Z A L E Z.

M Agno animi zelo detrectatis ca-
thedris scholasticis, voto se ob-
strinxit querendi salutem animarum
ope spirituali destitutarum. Tempus
illi pretiosum: cuius ne particulam
perderet, eos à quibus visebatur in-
iectis de quatuir nouissimorum me-
moria colloquijs, aut accendebat, aut
aspellebat. Acrius & pronum in iram
ingenium perpetuâ sui victoriâ ita per-
domuit, vt blandus esset planc ac vn-
deaque dulcissimus. Feriâ sextâ, ac
Sabbatho iejunium, diebus alijs à cœ-
nâ ferè abstinentiam sibi indixerat, vt
somaum peruerteret, cui erat obno-
xius. Cilicum illi ferè perpetuum ad-
hærebat: verberibus verò asperè se
cædebat quotidie.

Canariensis
Mendoza
in Chile 21.
Feb. 1624.
xstat. 39.
Soc. 20.
Zelus.

Pia collec.

Mortif.